

Lorenz Johann Friedrich Dihn    Johannes Christian Clemann

**Natalem Diem Auspicatissimum Et Felicissimum Serenissimi Principis Ac Domini  
Domini Friderici, Ducis Regnantis Mecklenburgici ... Sacrum Votis Ac Precibus  
Deo Nuncupandis in Cathedrali Schola Sverinensi Devote Cupiunt, Et Ut Die IX  
Novembris Anni M. DCCLVI ... Duabus Ne Interesse Graventur Orationibus, Uni  
Habendae Hora IX. Mat. Alteri Hora Pomer. II.**

[Schwerin]: Typis Baerensprungianis, [1756]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1837086028>

Druck    Freier  Zugang



Gymnasium Fridericianum.  
zu Schwerin.

Programm. 1756.

Mkl h

1800-40

1756

ZB ME  
05. Aug. 1999

● entsäuert

Mkl. h.

1800  
(1756)-4°

NATALEM DIEM  
AUSPICATISSIMUM ET FELICISSIMUM  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI,**  
DUCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI,  
PRINCIPIS VETUSTAE GENTIS HENETAE, SUERINI  
AC RACEBURGI, COMITIS ITEM SUERINENSIS, TERRARUM  
ROSTOCHII ET STARGARDIAE DYNASTAE,  
DOMINI NOSTRI LONGE INDULGENTISSIMI, CLEMENTISSIMI,  
SACRUM VOTIS  
AC PRECIBUS DEO NUNCUPANDIS  
IN  
CATHEDRALI SCHOLA SVERINENSI  
DEVOTE CUPIUNT,  
ET UT DIE IX NOVEMBRIS ANNI M. DCCLVI.  
SUMMUS SENATUS,  
GENEROSISSIMI, EXCELLENTISSIMI, EXCELLENTES,  
PER-ILLUSTRES, ILLUSTRES, DOMINI CONSILIARI  
ET AULAE MINISTRI, ATQUE DOMINI DOCTORES  
ET SACRI ORDINIS, SUO QUISQUE ORDINE SUSPICIENDI,  
VENERANDI, SIMUL ET OMNES DOCTI LITERARUM FAUTORES  
OMNI HONORIS CULTU PROSEQUENDI,  
DUABUS NE INTERESSE  
GRAVENTUR ORATIONIBUS,  
UNI HABENDAE HORA IX. MAT. ALTERI HORA POMER. II.  
LYC. CATH. RECTOR. M. LAUR. IOH. FR. DIHN, ET  
CON-RECTOR. IOH. CHRISTIAN. CLEMANN.  
SUBMISSE ET OFFICIOSISSIME ROGANT.

TYPI BÄERENSPRUNGANIS.





Gen. XLIX. 10. A luda Sceptrum non recedet:

(*A Serenissima Domo Mecklenburgica Sceptrum non recedat! nec recedet.*)

Donec veniat Sospitator:

(*Donec veniat homine natus cum sua gloria Matth. XXV. 31. et descendat de coelo I. Tess. IV. 16. in nubibus. v. 17.*)



Qvot verbis proponitur Dictum illud Classicum et Vaticinium Jacobi Patriarchae in ipso limine beatissimae mortis constituti Gen. 49. v. 10.; tot ponderibus verborum luculenter exprimitur. Idem vero ille locus tot dubiis vel post Reformationem beatam beati nostri Lutheri fuit expositus; qvot vel recensendis vel enumera-  
randis nos quidem impares sumus. Seculo, qvo vivimus hoc, receptissi-  
mae interpretationi secundum genuinam vocum et Phrasium acceptiōnem vindica-  
vit in Dissertatione Philologica de Sceptro Legislatori iuda e posteris ejus M. Nicolaus Köppen Facultatis Philosophiae qvondam adjunctus et S. S. Theologiae  
Baccal. Anno M. DCC. V. Gryphiswaldiae. Cui, ut reliquos taceam, qvos  
paginae non capit angustia, adjungimus optimo jure aut praeferimus Lumen  
inter nostrates Theologos Lutheranos D. Salomonis Deylingi. Hic Vir supra  
nostras positus laudes, in sobria et sancta Hermeneia Scripturae Sacrae, in Ob-  
servationibus Sacris P. II, & dextre hunc locum & masculē idque eruditissime

ac

ac doctissime enodavit pag. imprimis 108, sqq. "Nos, inquit, dictum illud non tam a Judaeorum, quam recentiorum qvorundam censuris vindicabimus, rejectisque perincommodis aliorum interpretamentis, nostram sententiam, suis probationibus et argumentis instructam exponemus, quam Ecclesiae Evangelicae judicio submittemus, non illubenter eam emendaturi, si rectiora edoceamur.,, Hactenus ille Phoenix interpretum nostra memoria multo doctissimus celeberrimusque.

Intelligit autem is noster olim in Academia Lipsiensi Doctor, Superintendens et Praeceptor, per Sceptrum, non sceptrum regium, sive tantam *αὐλοράσιαν* et imperandi *εξουσίαν*, quam Galli adpellant la Souverainité; neque *Solum Regium*; quae qvippe vulgaris hujus vocis interpretatio Iudeos non tam emendet; quam confermet in impietate sua Pharaonica et Iudaica; Sed Sceptrum simul et *Legislatorem*, qvorum neutrum ante Messiae adventum sit auferendum: Qvod quidem probat ex particula *Vau*; ita, ut et Sceptrum et *Legislatorem* tum, cum Messias nascebatur, superfuisset, demonstret. Duplicem igitur promissionem Jacobi vaticinio inesse docet: eam primo, qva et *legislator* et *sceptrum* penes Iudam sit permansurum ad Messiae usque adventum; deinde alteram, qva utrumque et Sceptrum et *Legislator*, cum veniret Messias, in Iuda et apud Iudam adhuc fuerit. Tandem per Schebhet generatim potestatem administratoriam et per Mechokek legislatoriam intelligit potestatem. Tribum Iudee autem secundum varium suum statum & conditionem spectari oportere monet Deylingius; ita, ut verba Mibbeck Reglav, de pedibus ejus, quasi morem vigilandi leonum innuat et adludat ad Num. XXIII. 24. c. XXIV. 9. Es. V. 29. et ad praedam, quam accubando inter pedes suos ita servet leo, ut nemo eam ipsi facile eripiat. "Tali, inquit, cum leone comparatur tribus Iudee, cui dominium, *αὐλοράσια*, et potestas *ὑπερέχσσα* prius haud sit erienda, quam adveniret *Schilo*. Haec autem vox, quae semel tantum in codice sacro V. T. legitur, et optime a Schalah (licet Joh. Simonis Hist. S. et Antiquitat. Prof. in Lexico Manuali Hebraico et Chaldaico secus sentiat; qvippe qui a Schul, trahere, extrahere, vel a Schil foetu vel prole ex utero extracta derivari maxult) tranquillum esse, felicem esse, beatum esse, derivatur conf. Ps. 122. v. 7. qvippe cum in Christum Jesum, Nostrum Salvatorem, Servatorem, Statorem et Sospitatem optime quadret, propterea, qvod sub eo omnia florere debebant Zach. VI. 12: Et Ille ipse Hic Noster et solus et unicus Verae pacis coelestis Instaurator est; quemadmodum Jesus sive Σωτής idem significat, qvod nomen illud Hebraicum *Schilo*; sive *Scibiloh*. Angelus igitur divinitus ad Mariam missus, σώσει, inqvir, τὸν λαὸν αὐτὸν ἀπὸ τῶν αἰματιῶν αὐτῶν Matth. I. 21. Hic subsistimus, nostri nos memores instituti, cui devotissima nos et subjectissima mente accingentes, tantum monemus, fieri posse, ut Iudei, si non omnes, tamen maxima eorum pars ad saniorem tandem aliquando redeant mentem et fidem in Unicum Servatorem, Sospitatem atque ut Restauratorem omnis salutis Humanae, Iesum Christum Nostrum deum amplectantur. Qvod qvomodo fieri et optet et possit (Utinam fiat! qvod nos quoque de optamus!) non ita pridem Professor er Philosophiae Mag. Dav. Frid. Me- gerlin

gerlin in libellis qvibusdam editis, iisque egregiis et aere atque auro perennioribus,  
conf. die gelehrte Nachrichten von Rostock d. XI. & XVIII. Aug. h. a. docuit.  
Venimus vero nunc ad propositum et accingimur aliis qvidem Votis ac precibus;  
sed iis, quae non sunt a re et nostra subjectissima Devotione alienae. Preces  
enim sunt fundenda et Vota sunt facienda, pro Incolumitate, Prosperitate et  
Sceptro felicissimo coque ad seros usque (o! si perennet) annos, perennante  
**Serenissimi Nostri Ducis ac Domini, Domini FRIDERICI,**  
**Ducis Regnantis Meklenburgici, Principis Vetustae Gentis Henetae, Sverini ac**  
**Ratzeburgi, Comitis item Sverinensis, Terrarum Rostochii et Stargardiae Dyna-**  
**stae, Domini Nostri Indulgentissimi Clementissimi.** Illucescat enim (O! uritam  
iterum iterumque et saepissime inlucescat) Auspicatissimus ille dies, quo Serenissi-  
mus Noster ac Indulgentissimus Regnans Dux atque Princeps aura primum et  
vita frui coepit. Qvod igitur Deus Ter Optimus Terque Maximus, felix fau-  
stumque esse jubeat, dicemus die IX. Novembr. in Cathedrali Schola Sverinensi,  
hora matutina IX. de Scepbris Meklenburgicis, ita, ut ego qvidem Seculorum me-  
moriā revolutorum, qvibus post hominum memoriam Sceptra refulgere Meklen-  
burgica, Oratione apud omnes eruditos non inusitata. repeatam atque exponam;  
Collega autem honoratissimus meus de Fatis religionis in terris nostris Megalo-  
politanis dicat. Hoc fiet, volente Deo, Die, qvem diximus, et horis, qvas in-  
dicavimus ea, qva decet et qva fas est, animi devotione et observantia atque  
obseqvio.

P. P. Sverini 2. Novemb. Anni M. DCC. LVI.







ac doctissime enodavit pag. imprimis 108, sqq. "Nos, inquit, dictum illud non tam a Judaeorum, quam recentiorum qvorundam censuris vindicabimus, rejectisque perincommodis aliorum interpretamentis, nostram sententiam, suis probatio-ribus et argumentis instructam exponemus, quam Ecclesiae Evangelicae judicio submittemus, non illubenter eam emendaturi, si rectiora edoceamur." Hacte-nus ille Phoenix interpretum nostra memoria multo doctissimus celeberrimusque.

Intelligit autem is noster olim in Academia Lipsiensi Doctor, Superintendens et Praeceptor, per Sceptrum, non sceptrum regium, sive tantam *avjorpsias* et imperandi *ɛgɔtias*, quam Galli adpellant la Souverainité; neque Solium Re-gium; quae qvippe vulgaris hujus vocis interpretatio Iudeos non tam emendet; quam confernet in impietate sua Pharaonica et Iudaica; Sed Sceptrum simul et Legislatorem, qvorum neutrum ante Messiae adventum sit auferendum: Qvod quidem probat ex particula *Vau*; ita, ut et Sceptrum et Legislatorem tum, cum Messias nascebatur, superfuisse, demonstret. Duplicem igitur promissionem inesse docet: eam primo, qva et legislator et sceptrum penes iansurum ad Messiae usque adventum; deinde alteram, qva utrum et Legislator, cum veniret Messias, in Iuda et apud Iudam

Tandem per Schebhet generatim potestatem administratoriam et legislatoriam intelligit potestatem. Tribum Iudea autem secundum statum & conditionem spectari oportere monet Deylingius; ita, ut Reglau, de pedibus ejus, quasi morem vigilandi leonum innuat et un. XXIII. 24. c. XXIV. 9. Es. V. 29. et ad praedam, quam r pedes suos ita servet leo, ut nemo eam ipsi facile eripiat. "Tali, one comparatur tribus Iudea, cui dominium, *avjoropua*, et poter-prius haud sit eripienda, quam advenerit Schilo. Haec autem vox, itum in codice facto V. T. legitur, et optime a Schalab (licet Hist. S. et Antiquitat. Prof. in Lexico Manuali Hebraico et Chal-tiat; qvippe qui a Schul, trahere, extrahere, vel a Schil foetu vel extracta derivari mavult) tranqvillum esse, felicem esse, beatum conf. Ps. 122. v. 7. qvippe cum in Christum Jesum, Nostrum Servatorem, Statorem et Sospitatem optime quadret, propterea, nnia florere debebant Zach. VI. 12: Et Ille ipse Hic Noster et erae pacis coelestis Instaurator est; quemadmodum Jesus sive Σωτής, qvod nomen illud Hebraicum Schilo; sive Schiloh. Angelus ad Mariam missus, σώσει, inqvir, τον λαὸν αὐτῷ απὸ τῶν αμαρθ. I. 21. Hic subsistimus, nostri nos memores instituti, cui et subiectissima mente accingentes, tantum monemus, fieri posse, on omnes, tamen maxima eorum pars ad saniores tandem ali-mentem et fidem in Unicum Servatorem, Sospitatem atque ut omnis salutis Humanae, Iesum Christum Nostrum deum am-od qvomodo fieri et optet et possit (Utinam fiat! qvod nos quoque non ita pridem Professor er Philosophiae Mag. Dav. Frid. Me-gerlin

